

possent, & alia facere quæ præmissorum merita exigunt : Quorum subditorum præcibus annuentes, eisdem & singulis ipsorum, per præsentem concedimus, volumus & gratum habemus, quod ipsi subditi nostri, simul vel divisim, pro præmissis, more solito congregati, semel & pluries, quotiens eis vel parti ipsorum videbitur, possint & impunè valeant per Baillivatus vel Judicaturas, eligere & nominare eos & illos quos voluerint, pro præmissis peragendis; qui nominandi potestatem habeant omnimodam, impositiones, tallias & similia pro præmissis ^a dependentia ex eis, necessaria, faciendi, dividendi, imponendi, colligendi, exigendi, distribuendi & solvendi, & de receptis quietandi, & omnia faciendi, quæ tallium merita postulant; ita quod prædictam Florenorum summam, pro prædictis Castris concessam, in expeditione reali dictorum Castrorum, & in defensione Patriæ, & non in alios usus, solvere teneantur; nec alias solutiones vel (b) expeditiones Monetæ levandæ, tam pro dictorum onerum supportatione, quam expensarum prædictarum solutione, facere possint, nisi de consilio eligendorum à subditis, cum auctoritate nostri Gubernatoris; & de administratione eorum, locis & temporibus opportunis, subditis prædictis vel deputandis ab eis, rationem & reliqua rationis reddere teneantur, & non alteri cuicumque: Nec est intentionis nostræ, quod præfatis subditis nostris seu suis, pro præmissis per eos concessis, aliquod præjudicium possit perpetuis temporibus suboriri, eisdemque subditis nostris, considerato quod oblatio dictorum triginta millium Florenum & alia, præfato Gubernatori nostro, pro defensione Patriæ per dictos subditos nostros nomine nostro, oblata, de ipsorum liberalitate ^b precesserunt, concessimus, & pro Nobis & nostris concedimus Successoribus, quod per aliqua que ipsi subditi seu aliqui ipsorum, concesserint & obtulerint, tacite vel expresse, ipsis subditis seu suis successoribus, in bonis usibus, juribus, consuetudinibus, pactionibus, conventionibus & Libertatibus ipsorum, nullum valeat præjudicium generari, vel ad aliquam consequentiam trahi possint. quovismodo: Fideli nostro Gubernatori nostri Delphinatus, dantes in mandatis, quatenus præfatis nostris subditis, prædicta omnia observet; eligendis & nominandis per eos, potestatem & auctoritatem per suas patentes Litteras conferat, quam Nos eis per præsentem impartimur, faciendi & exercendi ea ad que nominabuntur & eligentur, & debitores & talliaros quoscunque compelli faciat & mandet ad solvendum summas in quibus tenebuntur, cessante difficultate quacunque, summarie & de plano, prout pro debitis Fiscalibus est fieri consuetum; Thesaurarioque nostro inhibentes, ne de præmissis aut dependentibus ex ipsis, se impediat vel intromittat quovismodo; Ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, non-obstantibus quibuscunque. Quod ut firmum & stabile perpetuo perseveret, Sigillum nostrum magnum Delphinale, præsentibus duximus apponendum. Datum Parisius, die 22. mensis Augusti, Anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo-septimo. Regni nostri 4.^o

Sic signata. Per Regem Delphinum in suo Consilio. HENRICUS CLERICI.

NOTE.

(b) Expeditiones Monetæ levandæ.] Je

crois que cela signifie, qu'ils ne pourront faire aucune levée d'Argent.

CHARLES V.

à Paris, le 22. d'Aoust 1367.

^a & dependentibus ex eis.

^b processerunt.

(a) Lettres portant que les Monnoyes fabriquées dans le Dauphiné, y seront prises sur le pied porté par les Ordonnances.

CHARLES V.

à Paris, le 22. d'Aoust 1367.

KAROLUS, &c. Notum facimus universis, &c. Quod Nos, audito clamore subditorum nostrorum Delphinalium, continente quod ipsi multipliciter opprimuntur, pro eo quod Thesaurarius & ceteri jurium nostrorum Receptores Delphimatus, Monetas nostras Delphinales, recipere remuunt & recusant pro cursu communi, inde per Nos seu Gentem nostras ordinato, ipsis subditis, tenore præsentium, duximus concedendum, quod Monetæ

NOTE.

(a) Ces Lettres sont dans les Statuta Delphinal. p. 86. recto.
Avant ces Lettres, il y a :
Tome V.

Quod Dominus Delphinus & ejus Thesaurarius, teneantur recipere Monetas Auri & Argenti, pro communi cursu.

Ces Lettres sont aussi dans le Registre 101. P. 106. Voy. cy-dessus, p. 62. Note (a).

CHARLES
V.
à Paris, le 22.
d'Aoust
1367.

Auri & Argenti factæ & faciendæ, nostro seu Gentium nostrarum mandato, in dicto nostro Delphinatu, capiantur & ponantur per quoscunque nostros Receptores, Officiales & subditos, pro cursu communi facto & ordinato, & etiam ordinando per Nos seu Gentes nostras Delphinales : Mandantes igitur & tenore presentium injungentes, fidelibus nostris Gubernatori & Thesaurario dicti nostri Delphinatus, presentibus & futuris, vel eorum Loca-tenentibus, & cuilibet in solidum, prout ad eum spectat, quatenus predictis nostris subditis, predicta omnia observent; & Monetas nostras in dicto Delphinatu nostro, easas & currendas, accipiant & recipiant ac accipi & recipi & poni faciant pro communi cursu, ordinato & ordinando per Nos seu Gentes nostras predictas; non patientes dictis Monetis alios cursus imponi, quam in Ordinationibus ipsorum firmiter statutis; quoniam predicta dictis nostris subditis, de nostra sciencia certa & gratia speciali, concessisse dignoscimur, & ea sic fieri & per vos teneri volumus, de cetero; Ordinationibus seu mandatis in contrarium factis vel faciendis, non-obstantibus quibuscunque. Quod ut firmiter & stabile perpetuo perseveret, Sigillum nostrum magnum dicti nostri Delphinatus, presentibus duximus apponendum. Datum Parisius, die 22. mensis Augusti, Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo-septimo, & Regni nostri quarto.

Sic signata. Per Regem Delphinum in suo Consilio. HENRICUS CLERICI.

CHARLES
V.
à Paris, en
Aoust 1367.

(a) Privileges accordez aux Arbalestriers de la Ville de Laon.

SOMMAIRES.

(1) La Connestablie [ou Compagnie] des Arbalestriers de Laon, residera dans cette Ville. Le Roy nomme Michaut de Laval, pour leur Connestable, pour l'estre pendant trois ans. Dans la suite, les Arbalestriers esliront de trois ans en trois ans, un Connestable, à la pluralité des voix. Michaut de Laval, avec le conseil de cinq ou six des plus experts au jeu de l'Arbaleste, choisira les vingt-cinq Arbalestriers qui doivent composer [la Compagnie.] Les Arbalestriers obéiront au Connestable, dans ce qui regarde leurs fonctions, sous peine d'une amende de six sols Paris.

(2) Le Roy retient ces Arbalestriers à son service, & il les met sous sa Sauve-garde.

(3) Lorsqu'il y aura un Arbalestrier de mort, ou qui ne pourra plus servir, soit par vieillesse & infirmité, ou qui par sa faute aura esté exclus de la Compagnie; le Connestable, avec le conseil de deux ou trois Arbalestriers, en choisira un autre à sa place, & luy fera prestier serment de bien servir le Roy.

(4) Les Arbalestriers ne payeront aucuns droits pour les denrées ou marchandises à eux appartenantes, en quelque lieu qu'elles soient, ou qu'ils les fassent transporter. Ils seront aussi exemptés de tous impôts, à l'exception de l'Aide établie pour la rançon du Roy Jean.

(5) Ils ne seront pas obligés de faire des prests au Roy, ou à la Ville de Laon; pourvu cependant qu'ils ne soient pas Bourgeois notables, ou gros marchands.

(6) Les Arbalestriers seront exemptés de tailles & autres impôts; à l'exception de l'Aide établie pour la rançon du Roy Jean.

(7) Ils ne seront pas obligés de faire le guet, si ce n'est dans le cas d'un éminent peril; & dans ce cas même, s'ils sont hors de Laon pour le service du Roy, ils ne seront pas obligés d'envoyer quelqu'un à leur place.

(8) Les Arbalestriers ne pourront estre assignés, en descendant seulement, que devant le Prevost de Laon, sans estre sujets aux appeaux volages.

(9) On ne fera point de prises sur les Arbalestriers.

Moyennant ces privileges, ils serviront le Roy, soit dans Laon, soit ailleurs où il les enverra; & ils ne pourront quitter le service, sans le congé du Capitaine qui commandera l'armée dans laquelle ils serviront.

Ils auront une solde de deux gros vieux Tournois, quand ils serviront dans Laon, & qui sera doublée quand ils serviront hors de Laon.

Lorsqu'ils ne seront plus en estat de servir, ils jouiront des privileges cy-dessus marquez; pourvu qu'ils n'ayent pas esté chassés du corps pour quelque mauvaise action.

CHARLES &c. La Royal Majesté a accoustumé gracieusement ceulz honorer, Cessaucier & acroistre, qui loyamment se sont exposez à son service, & qui de vray cuer y desirent perseverer, en eulz y astringnant liberalment: Pour ce est-il, que

NOTE.

(a) Tresor des Chartres, Registre 99. Piece 46. Voy. cy-dessus, p. 13.